

subinde restituendo; tum dilue Aqua fervente et colla.  
Terrae probe ablatae, et aquae sextuplo dilutae, affunde

**Acidum muriaticum,**

donce nihil amplius solvatur. Solutione facta filtra et  
evapora, donec exsiccatur. Massa residua in crucibulo  
excandescat. Refrigerata et pulveratam in aqua fervida  
solve, solutam et limpissime filtratam ad crystallisatio-  
nis momentum evapora. Crystallos collectas serva.

### Bismuthum oxydatum album.

(*Magisterium Bismuthi.*)

Rx. Bismuthi puri Uncias duas,

Acidi nitrici Uncias sex, vel quantum satis ad sol-  
vendum.

Bismuthum grossiuscule contusum Acido nitrico suc-  
cessive ingere, solutum Aquae dimidio dilue, filtra, et  
in vas vitreum, Aquae limpidae circiter Libras viginti jam  
continens, effunde. Bismuthum oxydatum per aquam  
praecipitatum, quam optime edulcora, et loco calido,  
radius solaribus non exposito, exsicca atque serva.

### Calcaria muriatica.

(*Sal ammoniacum fixum.*)

Rx. Calcariae carbonicae purae, aut Testarum Ostrea-  
rum purificatarum, quantum vis.

Solve in

**Acido muriatico,**

filtra, et in vase vitro aut porcellaneo evapora. Sal sic-  
cum adhuc calens statim in vitro clauso serva.

Obtineri etiam potest e residuo ex sublimatione Ammonii  
carbonici, ope Cretae peracta; residuum in aqua sol-  
vendo et liquorem filtratum limpidum evaporando, donec  
exsiccatur.

**Calcaria sulphurata.***(Hepar Sulphuris calcareum.)*

R. Calcariae ustae pulveratae Uncias duas,  
Sulphuris puri Unciam unam.  
Mixtis sensim affunde  
Aquaे fervidae Uncias scdecim.  
Supra modicum ignem, continue agitando, evaporent  
ad siccum. In vase vitro clauso serva.

**Calcaria sulphurato-stibiata.***(Calx Antimonii cum Sulphure.)*

R. Calcariae, recenter ustae, pulveratae Unciam unam  
cum dimidia,  
Sulphuris stibiati aurantiaci Unciam dimidiam.  
Invicem tritis sensim adde  
Aquaे fervidae Uncias duodecim.  
In vase porcellaneo, sub agitatione continuata, leni ca-  
lore exsicca, et pulverem ex albido flavescentem in vitro  
obturato serva.

**Carbo purus.**

Ligni Tiliae, vel alias arboris, frustula urantur in  
retorta terrea, aut in crucibulo clauso, cuius operculum  
foramine parvo instrudum est, usque donec fumus pen-  
itus desinit. Carbo remanens in pulverem tritus servetur  
in vase clauso.

**Carbo Spongiae.***(Spongiae ustae)*

E Spongia marina mundata eodem modo Carbo est  
parandus.

### Ceratum Aeruginis.

(*Cera viridis.*)

Rx. Cerae flavae Libram unam,  
Resinæ Pini Uncias sex,  
Terebinthinae Uncias quatuor,  
Aeruginis tritae Unciam unam.  
Misce sicut Ceratum.

3*i.*  
3*v.*  
3*vii.*  
3*ii.*

### Ceratum Resinae Pini.

(*Ceratum citrinum.*)

Rx. Cerae flavae Libras duas,  
Resinæ Pini Libram unam,  
Sevi ovilli,  
Terebinthinae, singulorum Libram dimidiam.  
Fiat lege artis Ceratum.

### Cereoli saturnini.

(*Cereoli mitigantes.*)

Rx. Cerae flavae Uncias sex,  
Liquatis admisce assidue agitando  
Aceti saturnini Drachmas duas.  
Leni calore liquefactis et ab igne remotis immerge telas  
Tinteas temutes, ex quibus lege artis fiant Cereoli, super-  
ficie laevi, et forma exæcta.

### Cereoli simplices.

(*Cereoli exploratorii.*)

Rx. Cerae flavae Uncias sex,  
Olei Olivarum Unciam unam.  
Post lenem humidi evaporationem, ex massa, ab igne  
remota, fiant Cereoli, ut supra.

Cinna.

### Cinnabaris.

R. Hydrargyri puri Uncias viginti quatuor,  
Sulphuris puri Uncias quatuor.

Sulphuri, in vase ferreo leni igne liquato, paullatim ad-  
jice Hydrargyrum antea calefactum, assidue spathula fer-  
rea agitando, ut bene misceantur. Flaminam, simulac  
mixtura conceperit, extingue operculo vasi adaptato;  
deinde massam in pulverem redactam immitte in phialam,  
et ex arena, igne sensim aucto, sublima. Massam subli-  
matam crystallinam, laevigando cum aqua, in pollen sub-  
tilissimum redige.

### Colocynthis praeparata.

(*Trochisci Alhandal.*)

R. Pulpae Colocynthidum, a seminibus liberatae et minu-  
tim concisae, Uncias quinque,

Gummi Mimosae pulverati Unciam unam.

Cum Aquae quantitate sufficiente fiat pasta, quae ex-  
siccata in pulverem redigatur subtilem.

### Conservae Cochleariae.

R. Foliorum recentium Cochleariae Libram unam.

Contundantur in mortario lapideo, ope pistilli lignei;  
in pultem, admiscendo successive

Sacchari albi pulverati Libras tres.

### Conservae Rosarum.

R. Petalorum Rosarum rubrarum recentium Libram  
unam,

Sacchari albi pulverati Libras duas.

Fiat Conserva uti supra.

### Cuprum ammoniatum.

R. Crystallorum Cupri sulphurici quantum placeat.  
Solve in

Aqua destillatae fervidae triplo;  
adde

Liquoris Ammonii caustici  
quantum requiritur, ut praecipitatum, ab initio natum  
denuo perfecte solvatur. Liquorem cynaneum in vase vi-  
treo ad tertiam partem evapora, et cum totidem partibus  
Spiritus vini rectificatissimi misce. Crystallos inde ortas, co-  
loris caerulei saturati, collige et in vitro clauso serva.

### Cuprum sulphuricum.

(*Vitriolum de Cupro.*)

R. Ramentorum Cupri, quantum vis,  
Acidi sulphurici concentrati triplum.

Misce, et ex retorta vitrea Acidum sulphurosum de-  
stillando elice. Massam remanentem constitam disslove  
in Aqua fervida, solutam filtra, et ad crystallisandum  
sepone.

### Elaeosaccharum Anisi.

R. Sacchari albissimi pulverati Unciam unam,  
Olei Anisi aetherici Guttas viginti quatuor.

Misce.

Eodem modo parantur:

Elaeosaccharum Cinnamomi;  
Foeniculi;  
Menthae piperitae;  
et reliqua..